

dominia, & reipublicæ, illarumque administratores, vel qui administrationem habere solent, Episcopi, & Superiores Prælati, in casibus publicis ab illo, nempe majori Poenitentiarie absolvi nequaquam possunt; *ibid.* §. 11.

82 Sicuti nec ab eo absolvi possunt ab incurta censura omnes quicumque etiam S. R. E. Cardinales, qui vivente Romano Pontifice, de alio eligendo, vel excludendo tractaverint, suffragia inierint, ambitusque, aut pactiones fecerint, *ibid.* §. 12.

83 Nec potest absolvere eos, qui per astrologiam judicariam per se, vel per alios de statu reipublicæ christianæ, sive de vita & morte Rom. Pontificis tunc existentis inquisiverint, *ibid.* §. 13.

84 Denique nec potest absolvere in casibus publicis violatæ immunitatis, seu libertatis ecclesiasticæ, etiam non deductis in iudicium, §. 14.

85 Tenetur Episcopus etiam in locis ubi Officium Sacr. Inquisitionis viget, sedulo curare, ut creditam sibi diocesim ab hæreticis purget; & si quem reperiit, poenis canonicis punire debet; cavere tamen debet, ne fidei Inquisitores à suo munere obeundo impediatur. Deductum vero hæreticum ad summum tribunal non minus Episcopus, quam Inquisitor reconciliare possunt Ecclesiæ, & pro utroque foro absolvere. Quin & possunt hæreticum, postquam errores suos egerint, ad simplicem Confessarium pro absolute remittere, quæ tunc data à Confessario in foro sacramentali absolutio pro foro pariter externo valet. Ita in *Tract. De synodo dioc.* lib. 7. cap. 32. §. 3.

86 Ab heresi mere interna & mentali, nullo exteriori signo manifesta simplex Confessarius absolvere potest, cum heresis sit Summo Pontifici reservata per censuram adnexam, quæ certe in eo casu nulla est. Potest etiam simplex Confessarius eum absolvere, qui verbo aliquo vel facto fidei articulum negaverit, interiori tamen assensu fidei retinuerit, neque enim in ea rerum circumstantia censura illegaretur. Quamquam in foro externo tamquam hæreticus puniretur, & nequidquam obtenderet se in corde fidem retinuisse; *ibid.* §. 4.

87 Si vero agatur de heresi externa occulta nondum deducta ad forum Episcopi, olim quidem facultas facta fuit Episcopis à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 6.* ut per se, non vero per Vicarios suos illam absolvent in foro conscientie. Sed cum progressu temporis reservata sit Romano Pontifici absolutio inter cetera etiam ab heresi crimine, hinc cepit quæstio apud Theologos agitari, num hodie pariter Episcopis maneat facultas absolvendi hæreticos in foro conscientie. Negandum tamen esse illis hanc facultatem, autumant omnes, qui per quamdam Bullam omnibus cujusvis Concilii decretis derogatum fuisse volunt: quam in rem multa Congregationis Sancti Officii, & Congregationis Concilii afferuntur Decreta, nec non adjiciuntur S. Pii V. Gregorii XIII. Clementis VIII. vivæ vocis oracula, ne quid dixerim de propositione inter damnatas ab Alexandro VII. de qua quidem ingenue fatendum est, eam adeo confixam fuisse ex falsa assertione de approbatione Sac. Congregat. quæ nulla fuit.

Vix tamen creditur Pontificem adeo se præbuisse sollicitum de amovenda hac Sac. Congregationis approbatione ab ea propositione, nisi & eandem ipsam propositionem improbabilem iudicasset. *De synod. dioc.* lib. 7. cap. 32. Non sic tamen censent qui de hujusmodi derogatione dubitandum esse valde sustinent. Sed nec credi potest facultatem heresis hujusce absolvendæ Gallicanis Episcopis datam esse, quamquam eam sibi multi arrogant, ut multis argumentis cap. 33. evincitur. Quod vero negatur Episcopis, negandum esse etiam inquisitoribus Hispaniæ & Lusitaniæ; verum huic rei Principum edictis satis superque provisi esse compertum est.\*

89 ¶ Lapsus in heresim privatur ipso facto omnibus bonis, & iuribus ex textu in cap. Vergentis, de heretic. cap. Quomodo secundum leges eod. tit. in 6. At intellige si accedat sententia iudicis declaratoria incur-

sus heresis, & poenæ condignæ, ut advertit *Auctor num. 66.* & dixit Rot. in Romana Pecuniaria seu Livellorum 2. Decemb. 1746. §. 5. cor. Illustriss. Caprar. Alm. Urb. Gubernat. & 5. Febr. 1748. cor. bon. mem. Cortad.

Dubitatur vero, an hoc ipsum procedat respectu hæretici manifesti? Negant post alios Fagnan. in cap. Absolutus num. 13. hæretic. Farinac. de heres. q. 189. num. 66. tenentque etiam citra sententiam declaratoriam privatum esse hæreticum manifestum omnibus suis bonis, & iuribus.

Ceterum Textus in cap. 26. de Verb. significat. statuit; illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem catholicam publice prædicant, aut profitentur seu defendunt eorum errores, vel qui coram Prælatiis suis convicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialem condemnati super heretica prævocate.

Debitores hæretici etiam manifesti, tametsi solvere non tenentur hæretico ipsius creditum; tamen nihil sibi lucrantur, quomodo Fisco illud solvere debeant; Petra in Comment. ad Constit. Apostol. Constit. 8. Innoc. IV. num. 26. Farinac. de heres. quest. 89. num. 68. in dict. Romana Pecuniaria, seu Livellorum 2. Decemb. 1746. §. 8. cor. Illustr. Caprar. & 5. Februar. 1748. cor. bon. mem. Cortad.

Inde sequitur, quod si Fiscus non exegerit creditum hæretici, interimque hæreticus absolutus fuerit ab omni poena, potest ipse hæreticus suum creditum à debitore suo exigere; Rot. in dict. Romana Pecuniaria, seu Livellorum 2. Decemb. 1746. §. 8. cor. Illustriss. Caprar. & 5. Febr. 1748. cor. bon. mem. Cortad.

Illud non omittendum, quod licet lapsus in heresim repellatur à testimonio dicendo; ab eo tamen minime repellitur ille, qui patris sui vestigia sequens hæreticus natus est; Rota in Padernone. Canonicus 22. Martii 1734. cor. clar. mem. Calcagnin. §.

(Postquam in tit. 23. 24. 25. p. 7. agitur de maleficis, & mathematicis (vid. verb. Sors, & Superstitio) de judæis (vid. verb. Hebræus) ac denique de Sarracenis (vid. verb. Apostata) seq. titulus de hæreticis petraçat: quis sit hæreticus in præmio bene designatur: quid sit heresis per primam leg. demonstratur: (vid. verb. Anima) duplex est ejus consideratio. Per secundam colligitur ex populo accusatio compedit (vid. lit. A pag. 147. col. 1.) Per tertiam præfiniuntur quales filii hæretico patri succedendi, si hæretici cum Catholicis concurrant, (vid. proxime.)

Per quartam determinatur, de heresi damnatum nullo honore seu dignitate habere posse, cujuscumque qualitatibus fuerint, sive ecclesiastici seu seculares: quas habuerat, amittit: privatur testamenti facione passiva, & activa, nisi bona sua liberis catholicis relinquere voluerit: ab eo die, quo pro hæretico fuerit iudicatus, nec donatio neque emptio & venditio ab eodem vel alio eidem facta etiam subsistit.

In quinta, & sexta poenæ præfiniuntur in hæretico receptores, qui eos celant, vel defendunt. Vid. tit. 1. lib. 4. For. Reg. ubi de iis agitur qui religionem christianam deserunt, & in seq. tit. de juanis. (Vid. sup. pag. 147. & verb. Inquisitionis Tribunal.)

HEBDOMADA, HEBDOMADARIUS.

Hebdomada, à Græcis spatium dierum septem, vocatur septimanam; Latini septimanam, ut vulgus appellat: Calvin. in Lexico Jurid. verb. Hebdomada. Et hæc septimana sic à vulgo appellata, dicitur latine communiter hebdomada; & dupliciter capitur, uno modo pro hebdomada composita ex septem annis, de qua habentur plura exempla in Sacra Scriptura, & signatur Genes. 29. 28. ubi Patriarcha Jacob non nisi post servitum septem annorum præstam Labano obtinuit in uxorem pulchram Rachel, ibi Acquevit placio, & hebdomada transiit, Rachel duxit in uxorem. Aliud exemplum habetur Levit. 25. 8. pro

pro anno Jubilæi: ibi: Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem, sanctificabisque unum quinquagesimum. Tertium exemplum habetur Daniel. 9. 24. ubi ab Archangelo Gabriele fuerunt revelatæ Danieli Prophætæ septuaginta hebdomadæ, post quas venturus esset, ut de facto venit, Messias Redemptor Mundi, ibi: Septuaginta hebdomadæ abbreviatæ (id est definitæ) sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & delatur iniquitas; & addatur justitia sempiterna, & impletur visio; & propheta, & unguetur Sanctus Sanctorum. Alio modo sumitur pro hebdomada composita ex septem diebus, eam incipiendo à die Dominico usque ab Sabbato, & hæc initium habuit ab origine mundi, dum Creator Omnipotens omnia creavit, eduxit ex nihilo, termino sex dierum, ut habetur Genes. cap. 1. per tot. quibus sex diebus adjunxit septimum, vocatum diem quietis, & sanctificatum Domino, ut habetur Genes. 2. num. 2. & 3. ibi: Complèvitque Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requievit die septimo, ab universo opere, quod pararat, & benedixit die septimo, & sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni opere suo, quod creavit Deus ut faceret; Et hæc est hebdomada, qua impræsentiarum communiter utimur omnes, Clericis. in suis epic. verb. Hebdomada.

4 Decanus, qui ex consuetudine simul est Canonicus, & una hebdomada servit ut Decanus, & altera ut Canonicus, in hebdomada, qua servit ut Canonicus, debet sedere in loco canonicali, circumscripta consuetudine; Sac. Congreg. Concil. in una Fulginatensi 26. Novembr. 1616.

5 Impeditus à Capitulo, aut etiam expulsus, quominus cum aliis choro interesset, quotidianas distributiones non amittit, & in hoc casu non est necessaria protestatio, nisi ante expulsionem aliquid omisisset, quod potuisset facere pro consequendis distributionibus hujusmodi, veluti si omisisset facere hebdomadam probatoriam. Sac. Rota in Casalensi distributionum coram Orcebergio 16. Novembr. 1605.

6 Canonicus etiam non constituitur in Sacris debet habere suam hebdomadam, si collatio spectat ad Canonicum hebdomadarium per turnum. Sac. Rota in Leoniden. Beneficii coram Durano 24. Novembr. 1628.

7 Si quis gravi morbo oppressus, fuerit à Sede Apostolica provisorie de canonicatu in ecclesia cathedrali, didique morbo durante possessionem cepit per procuratorem absque eo quod ex causa ejusdem morbi nunquam personaliter inservertit, sed solum in ultima hebdomada mensis vespere, & missam per alium Canonicum celebrare fecerit, lucratur distributiones à tempore possessionis ut supra captx. Sac. Congreg. Concil. 23. Julii 1650. in una Sanstinen. ad cap. 11. session. 24. de reformat.

8 Cum in Liberiana Basilica S. Mariæ Majoris de Urbe, beneficia illius ecclesiæ spectent pro fluibus ex tribus partibus ad Archiepiscopatum pro tempore, & pro alia ad Canonicum de hebdomada, ita ut Canonicus pro una, Archiepiscopus pro duabus hebdomadis Beneficia præfata conferat ex concessione Pii IV. Si quis ex beneficiati ecclesiæ prædictæ moriatur in vespere Sabbati, licet hebdomada Canonici Turnarii incipiat à diebus vespere Sabbati juxta text. in Canon. quo die 75. dist. & in cap. 1. de fer. & in Clement. de relig. & veter. Sanctor. atamen collatio beneficii spectat ad collatorem, qui erat in hebdomada vacationis, non autem ad Canonicum Turnarium successorem, cujus facultas nondum accesserat, ad text. in cap. ex parte de concess. præbend. Hebdomada enim non completur, nisi post adventum mediam noctem ultimi illius diei, & in beneficiabilibus attenditur dies naturalis, quæ incidit quatuor horarum termino in mediam noctem sequentem, juxta text. l. more Romano; ff. de fer. & in cap. Consultum ver. licet etiam de offic. & potestat. Jud. Deleg. Et ad effectum reservationis sic computat diem Dataria, & Cancellaria, & idem servatur in alternat-

tiva mensis inter Papam, & Episcopum, & collatio beneficii ratione mensis non differt à collatione ratione hebdomadæ, sed utraque iisdem regulis subjacet, ut erudite Rota Romana Beneficiatus S. M. Majoris coram Albergato Decano part. 19. decis. rec. tom. 1. decis. 98. num. 1. & seqq.

In Hebdomadariis existentibus in ecclesia collegiata, cui animarum cura annexa est, ut collegio, non ut singulis, examen per concursum non requiritur, sed in forma dignum, ut resolvit Sac. Congreg. Concil. 13. Augusti 1596.

Quilibet funciones suas prompte obeat, ut puta missam planam, vel cantatam, tam solemnem, quam conventualem, ac hebdomadariam juxta ecclesiæ laudabilem consuetudinem sub poena punctaturarum juxta sacrorum canonum dispositionem, ac ecclesiæ consuetudinem. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Theatina 18. April. 1617.

Hebdomadarius non debet celebrare valde diluculo. Sac. Cong. Episcop. & Regul. 20. Febr. 1601.

Hebdomadarius absens ex causa, ex qua conceduntur distributiones, nihil tenetur dare suppletii hebdomadam pro ipso, nec ipse supplere, quando redit. Sac. Congreg. Episcop. & regul. 5. Martii 1602.

Hebdomadarii absentis, vel impediti vices supplere debet Canonicus Junior juxta consuetudinem ecclesiæ, & non Coadjutor, licet sedeat post ultimum Canonicum. Sac. Congreg. Rit. in Elboren. 15. April. 1606. apud Barbosa de Canon. & dignitat. cap. 29. num. 34.

Hebdomadarius non potest prætere de celebratio nem missarum, & officiorum, quæ ad primam dignitatem pertinent, ea vero absente, vel impedita, tunc secunda dignitas debet illa celebrare. Sac. Congreg. Rit. in Adrien. 15. Mart. 1608.

Hebdomadarius quando est paratus debet sedere in primo loco; quando vero non est paratus debet sedere in proprio stallio. Sac. Congreg. Rit. in Perusina 20. Decemb. 1606. Si vero est consuetudo, ut quando non est paratus, præcedat aliis Canonicis, ut Dignitatibus, servanda est. Ead. Sac. Congreg. in Adrien. die 20. Decemb. 1601. apud Barbosa in Summ. Apostolic. decis. verb. Hebdomadarius num. 3.

Hebdomadarius officium faciens primum locum habere debet super omnes Canonicos, & Dignitates, si ipse est Canonicus, vel Dignitas. Si vero est Clericus, debet accedere in medio chori, Sac. Congreg. Rit. in Brundusina 17. Junii 1616. apud Barbosa l. cit. num. 4.

Hebdomadarius in decantandis horis canonicis non debet uti stola. Sac. Congreg. Rit. 4. August. 1663. apud Piton Constit. ad decis. ad Canonicos num. 718.

Canonici denominantur Hebdomadarii, si tales in creatione vocati sunt, & hebdomadarii vocantur etiam Canonici, si ita ab observantia sint vocati. Sac. Rota in Avenionen. Denominationis, cor. Rondin. part. 17. resc. decis. 212. num. 2. & 3.

Tales Hebdomadarii tenentur assistentiam facere Canonicis celebrantibus juxta statuta ecclesiæ. Sac. Congreg. Rit. in Aven. 14. Mart. 1612. apud Barbosa loc. cit. num. 5.

Dignitates Collegiatarum tenentur exercere officium Hebdomadarii, & alia munia subire, sicut ceteri Canonici, Sac. Congreg. Concil. in Curfulen. 29. Maii 1653. & in Romana contra Archiepiscopatum Colleg. S. Mariæ in Cosmedin. 11. Decemb. 1694. 26. Mart. 1695. & 11. Februar. 1696. apud Monacell. tom. 1. tit. 2. form. 4. num. 1.

Hebdomadarius etiam non paratus, quando est facturus officium, debet sedere in primo loco supra omnes Canonicos, & Dignitates. Ceremon. l. 2. cap. 6. ibi: Canonicus Sc. facturus officium Sc. ascendit chorum in primo stallio, seu sede ex ea parte, ubi ea stet hebdomada, chorus assignatur. Et resolvit Sac. Congreg. Rit. in Romana 21. Novembr. 1626. & in Arutin. 24. Januar. 1688. & ita iudicavit Congregatio particularis Eminentiss. Card. Mariscotii, Colloredi, & Negroini, inter Capitulum S. Mariæ in Cosmedin, & Abba-



- tem Piazza ejus Archipresbyterum, & per sententiam 4. Septemb. 1705. decretum fuit, *Canonicum Hebdomadarium, facientem officium, etiam non paratum, debere in omnibus procedere Archipresbytero, servata forma super modo sedendi in choro in omnibus; & per omnia, prout disponitur in Cereimoniali, Episcop. lib. 2. cap. 6.*
- 22 De Canonico Hebdomadario parato queritur utrum in is sedere debeat in scamno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato, an in primo stallo ab ea parte chori, in qua hebdomada obtingit? Dubium inde nascitur, quod *Cereimoniali, Episcop. lib. 2. c. 3. §. 4.*
- 23 non absolute jubet, ut Canonicus hebdomadarius paratus sedeat in primo stallo ab ea parte chori, in qua obtingit hebdomada, sed alternative, ut sedeat, vel in dicto scamno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato, vel in primo stallo ab ea chori parte, in qua hebdomada obtingit.
- 24 Distingui autem debent missæ à vespers. Porro si de missis agatur, chorusque sit retro altare, Canonicus hebdomadarius paratus non in primo stallo ab ea parte chori, in qua obtingit hebdomada, sed in scamno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato sedere debet, ne aliis toties accedere, & redire de loco ad locum teneretur. Et de his sane functionibus intelligi debet Cereimoniali Episcoporum, dum Canonico hebdomadario parato potestatem facit sedendi in scamno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato. Concordatque Rubrica Missalis Romani tit. 17. de *Ordin. sedend. in miss. solem. num. 6.*
- 26 At si res sit de vespers, pariterque sit chorus retro altare, Canonicus hebdomadarius paratus, qui semper in choro assidere debet, excepto modico illo spatio, in quo dum cantatur Psalmus *Magnificat*, incensatur altare, non in scamno panno cooperto à cornu Epistolæ preparato; sed in primo stallo ab ea parte chori, in qua hebdomada obtingit, sedere debet, ut ita semper assistat, prout tenetur, in choro. Et de hisce aliis functionibus intelligendum est Cereimoniali Episcoporum, ubi ait, Canonico hebdomadario paratum sedere posse in primo stallo ab ea parte chori in qua obtingit hebdomada; Ita tradunt Baudry in *Manual. Sac. Cereimon. p. 2. c. 11. de Vesper. art. 1. num. 4. §. 11. Merat. p. 2. tit. 11. fol. mibi 364.* optime Card. de Luc. de *Miscellan. Eccles. discurs. 38. num. 8. & duob. seq. tum etiam optime Castald. in *Prax. Cereim. lib. 2. sect. 1. c. 3. num. 13. §. seq. & c.**

## HEBRÆUS.

- 1 Hebræus confugiens ad ecclesiam gaudet privilegio Immunitatis Eccles. Sacr. Congreg. Immun. in *Sarzanen. 26. Sept. 1611. lib. 4. Pauloc. pag. 161.*
- 2 Hebræus, seu Judæus captus à Birruariis sub tecto, seu stillicidio ecclesie gaudet Immunitate; Ead. Sac. Cong. Imm. in *Pisaurien. 26. Mart. 1687. lib. 4. decr. Alrov. pag. 550.*
- 3 Hebræus, seu Judæus dolose extractus ab atrio Inquisitionis Anconæ, est restituendus; Ead. Sac. Cong. Immun. in *Ancon. 17. Nov. 1669. lib. 2. decr. Vallem. pag. 256.*
- 4 Cognitio causæ commercii carnalis habiti cum duabus sororibus christianis, spectat ad curiam episcopalem; Eadem Sac. Congreg. Immun. in *Manuana 7. Julii 1678. lib. 2. decr. Alt. pag. 1749.*
- 5 Causa rixæ hebræorum secute in eorum synagoga die festo eorumdem hebræorum, attenda præventionem spectat ad curiam seculari; Ead. Sac. Cong. in *Senogallien. 15. Januar. 1686. lib. decr. Alrov. pag. 27.*
- 6 Hebræa mulier viro relicto christianam fidem amplexa fuit, permansitque innupta, sperans ejus virum catholicam religionem amplexurum; qui ducta alia muliere hebræa in uxorem, post multos annos una cum ipsa catholicam fidem amplexus fuit; ipsa autem repetente virum, Sac. Cong. Concil. in *Florentina Marimonii 10. Julii 1679.* respondit referendum Sanctissimo ejus

votum, scilicet debere virum redire ad primam; Sic apud Ursayam in *Miscellaneo Sacro, & profano part. 1. verb. Hebræa.*

Manutendi sunt Parochi in possessione exigendi à Judæis Pretatum vulgo nuncupatum, prodecimis, oblationibus, aliisque incertis, quæ à christianis percipiuntur, antequam eorum domus ad ipsos Judæos quocumque titulo devenissent, textu expresso in *cap. Quanto, us. usur. Cap. De terris, De Decimis, & concordat. cap. Nimis prava, de excessib. Probat. & late probat ex multis Pignorat. tom. 5. caus. 70. per tot. ubi num. 14. dicit quoad quantitatem hujusmodi Pretatij standum esse consuetudini, & transactionibus. Card. de Luca tamen de *Parochis disc. 29. num. 3.* dicit quod Hebræi non tenentur aliquid reficere Parochi pro domibus per ipsos inhabitatis, & prius per christianos (vid. verb. Decima.)*

Hebræi in Urbe obligantur ad observationem Festorum, quæ servat ecclesia; *Pauli IV. Constit. incip. Cum nimis absurdum §. 2.* apud Laert. Cherub. in *Bullario tom. 1. pag. 720.* aliis pag. 589. in noviss. impress.

Hebræi omnes debent habitare in uno, eodemque loco, & si ille capax non fuerit, in duobus, vel tribus, aut quot satis sint, contiguis, ad quos unicus tantum ingressus pateat, & à quibus non detur exitus. *Pauli IV. in d. Constit. 3. Plus V. Constit. 6. incip. Rom. Pontifex: apud Laert. Cherub. in Bullario tom. 2. pag. 181.* aliis 136. in noviss. impress.

Hebræi utriusque sexus qualitate habitus à christianis discerni debent, ita ut masculi birettum, femine vero aliud signum patens, quod nullo modo celari, aut abscondi possit, palam deferre teneantur, nec super non delatione biretti, aut alterius signi hujusmodi, ejusvis eorum gradus, vel præminentie, vel tolerantia causa excusari, aut per Camerarium, vel Sedis Apost. Legatos absolvi possint. *Paulus IV. in constit. 3. & Plus IV. d. constit. 6.*

Hebræi ne de cetero aunderent quovis prætextu, quæsito colore, etiam emptionis & venditionis bonorum ingredi domos meretricum, & si quid ab eis prætenderent habere, & ob id eas aliqui vellent, id in portis, & januis domorum earumdem mulierum aperitis facerent, & non intra easdem domos facere liceret, neve dictas mulieres ad eos pro similibus negotiis emptionis, & venditionis accedentes permitterent domos, & apothecas suas ingredi, sed tantum in illarum portis, & januis, & foribus aperitis, cum eis alloqui, & tractare possent sub pena privationis à Synagoga, & gravi pecuniaria præcepti *S. Pius V. mediante ejus Vicario sub die 20. Maji 1566.*

Hebræi medici, aut aliis infideles ne ad curandos christianos infirmos admittantur, imposita christianis pena subtractionis Sacramentorum, & sepultura ecclesiastica, prohibuit *Gregor. XIII. Constit. 68. incip. Alias pie memorie: apud Laert. Cherub. in Bullario tom. 2. p. 449. & de illa meminit Scortia in select. Summar. Pontific. Constit. epist. 136.*

Hebræis qualibet hebdomada verbum Dei est prædicandum, & id curent Prelati in terris, ubi sunt eorum synagoga (non tamen in loco sacro, vel ubi sacra confici solent) per aliquem Magistrum in theologia, aut alium idoneum virum hebræicæ, si fieri potest, linguæ peritum, qui scripturas veteris Testamenti exponat *Gregor. XIII. Constit. 92. incip. Sancta Mater: de anno 1584. apud Laert. Cherub. in Bull. 1. 2. pag. 479.* aliis pag. 260. in noviss. impress. & illius meminit Scortia in *Select. Summar. Pont. Constit. epist. 136.* Et novissime Clemens XI. constit. incip. *Propagandæ §. 20.* Vide infra sub num. 21. ubi affertur per extensum.

Hebræi sola arte Stracciariæ, seu cenciarie contenti esse debent ad tollendam, quantum fieri potest, occasionem familiaritatis inter illos, & christianos. *Paulus IV. in d. Constit. 3. §. 1.*

Hebræorum per plateas non est deferenda Sanctissima Eucharistia. Sac. Congr. Rit. in *Anconit. 22. Feb. 1593.* Hebræorum accessus ad monasteria Monialium nullo modo permitti debet ad alloquendum cum illis; Sac. Congr. Episc. & Regul. in *Ravenat. 28. Apr. 1594.* teste Sell. in *Select. Canon. c. 28. num. 18.*

In-

- 17 Inquisitores libere contra Hebræos procedere possunt insequentibus casibus. Si negaverint, quæ circa fidem communia sunt cum christianis. Si diciones invocaverint, aut eis immolaverint. Si quem christianum hæc docuerint, vel ad ea perduxerint. Si hæreticas blasphemias dixerint. Si christianum à fide deviarerint. Si infideles ad fidem Christi transire impederint. Si hæreticum scienter receperint. Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Judæicos quomodolibet damnatos tenerint. Si Hostiam salutarem, aut Crucem & similia, vel christianos deriserint. Si nutrices christianas retinuerint, vel easdem ab hac die, qua Eucharistia sacramentum sumpserint, lac in lacrimas effundere coegerint. *Gregor. XIII. Constit. 60. incip. Antiqua Judæorum, de anno 1583. apud Laert. Cherub. in Bullario tom. 2. pag. 42.* & de illius materia Scortia in *sel. Summar. Pont. Constit. epist. 132.* Vid. *Constit. 20. Clem. VIII. incip. Cum Hebræorum malitia, de anno 1593.* apud Laert. Cher. 1. 3. p. 25.
- 19 Non potest prohiberi Regularibus, ne prædicent, vel ne confessiones audiant sub prætextu, quod originem duxerint ab Hebræis. Sac. Cong. Episc. & Regul. in *Floren. 16. Novemb. 1621.*
- 20 Edictum, quo plura Judæis interdicerentur ad tollendas corruptelas, & abusus ex illorum cum christianis consuetudine provenientes.

Gasparo per la *Misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Cardinale di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, & c.*

LA Santità di Nostro Signore volendo con suo Paternale zelo provvedere agli inconvenienti, che procedono dalla comunicazione de' Christiani con gli Ebrei nelle cose proibite da' Sommi Pontefici, particolarmente dalla san. mem. di Paolo IV. nella sua Costituzione, la quale comincia *Cum nimis absurdum*, è dalla dichiarazione fatta dal B. Pio V. è pubblicata dal Cardinale Savelli suo Vicario sotto il 11. Gennajo 1572. ordina, è comanda à tutti gli Ebrei, li quali dimorano in Roma, di non farsi servire da' Christiani, particolarmente da Fanciulli o Fanciulle nelle sere del Venerdì, è giorni di Sabato per accendere il fuoco, nè lumi, per la provvisione de' comestibili, nè li suddetti Christiani possano andare à servirli.

In oltre ordina, che li suddetti Ebrei non vadino à lavorare nelle Domeniche, ed in altri giorni di Precepto in Case di Christiani: moito meno in Case de' Sacerdoti, è Conventi Regulari, nè questi debbano in conto alcuno ammetterli.

Finalmente inerendo all' Editto pubblicato nel tempo della S. M. di Clemente VIII. sotto il 6. Ottobre 1604. si proibisce alli medesimi Ebrei di vendere, è ridonare il loro pane azimo, detto volgarmente l'azimelle, alli Christiani di qualsivoglia stato, grado è condizione, nè questi le debbano ricevere sotto pena in caso di trasgressione di ciescheduna delle cose suddette alli Christiani di scudi cinquanta, alla quale rispetto alli Fanciulli, è Fanciulle sian tenuti li loro Padri, è quelli che hanno cura di loro; Agli Ebrei patimenti sotto pena di scudi cinquanta, è di tre tratti di corda, ved altre pene ad arbitrio della Santità sua.

Volendo che il presente Editto pubblicato, ed affisso ne' luoghi soliti di Roma obblighi tutti, è ciascheduno, como se gli fosse stato personalmente intimato. — Dato in Roma dalla nostra Residenza questo dì 2. April. 1708. — G. Card. Vicario. — *Nicò Antonio Canonico Guggio Segretario.*

Edictum quo mulieres Judææ nocturno tempore è sepius Judæica nationis in Alma Urbe constitutis exire prohibentur.

Gasparo per la *Misericordia di Dio Vescovo di Sabina, della S. R. C. Cardinale di Carpegna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale, & c.*

Essendo pervenuto à notizia della Santità di Nostro Signore li grandi inconvenienti, che nascono, è possono nascere dalla gran quantità delle Donne Ebræe,

che escono di notte dal Ghetto, è si tratengono nell'Osterie, è che vanno à passeggiare per Piazza Navona, ved altri luoghi, dove vi si fanno fuochi, è Feste da' Christiani, contro gli Editi altre volte emanati, è volendo rimediare à tanto disordine, per ordine ancora datoci à bocca da Nostro Signore, rinnovando primieramente tutte le proibitione emanate dal nostro Tribunale contro gli Ebrei circa l'uscir di notte dal Ghetto, ordiniamo, è comandiamo à tutte, è singole Donne Ebræe di qualsivoglia età, che non ardiscano per qualsivoglia causa uscire dal Ghetto, nè trattarsi fuori de' quello dopo l'ora solita, che si permette di tenere aperto lo sportelletto del Portone di esso Ghetto sotto la pena di scudi dieci, è della frusta da eseguirsi irremissibilmente contro quelle Donne, che si troveranno fuori del Ghetto dopo di detta ora, non ostante che avessero qualsivoglia licenza, benchè speciale, è specialissima, è benchè fossero in compagnia de' loro Mariti, Padri, è Fratelli, è altri parenti più prossimi; è similmente ordiniamo al Portinaro Christiano del Ghetto, che non ardisca permettere, che ni una di dette Donne esca dal Ghetto vicino alla dett' ora, il quale in ogni caso di trasgressione incorrerà incontenente nella medesima pena di scudi dieci per ciascuna Donna, che esso farà uscire, ed inoltre la privazione dell' Officio, volendo che il presente affisso che farà nell' luoghi soliti del Ghetto, è Portone si intenda come fosse personalmente intimato à ciascheduno. — Dato dal nostro Palazzo questo dì 5. Agosto 1712. — G. Card. Vicario. — *N. A. Can. Guggio Segr.*

Judæis, aliisque infidelibus conversis conceditur contentio bonorum, filisque familias legitima, immo bona illicite quaesita, nisi notæ sint persone, quibus restitui debent, ipsis conversis applicantur, & privilegia civitatis conceduntur: Clem. XI. constituit. incip. *Proleganda per universum: quæ ut ab omnibus præ oculis habeatur, hic datur ad literam.*

## CLEMENS EPISCOPUS.

Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Propagandæ per universum terrarum orbem christianæ fidei, cujus illibatam, ac perenne depositum Romana in primis servat Ecclesia, pro commissi Nobis apostolici muneris debito jugiter intendentes, dum in remotissimas quasque partes Evangelii præcones ablegare satagimus, in eam simul curam diligenter incumbimus, ut quicumque disjectis Infidelitatis tenebris ad verum Justitiæ solem, qui Christus est, agnoscerent, eo adjuvante festinant, nullis, quoad fieri potest, humanarum rerum obstaculis impediatur, sique ad catholicæ ecclesie gremium ex omni natione, quæ sub cælo est, eo frequentior, quo facilius, expeditur accessus.

1. Quamvis enim non temporalium rerum commodo, sed æternæ potius hæreditatis intuitu ad suscipiendam Christi fidem Infideles allici oporteat, quin etiam edoceri præcipuum christiani hominis gloriam in eo maxime sitam esse, ut terrena despiciat, existimetque omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini Nostri: nihilominus rationi congruum, & pie Matris Ecclesie institutis consentaneum arbitramur, ita paternam nostram erga eos, qui adiuvi in fide parvuli lacte potius, quam cibo solido nutriendi sunt, providentiam temperare, ut infirmioribus quique à christiane religionis proposito amittendum facultatum, incurrendæque potius miseriæ & egestatis horrore non retrahantur: cum potius iuxta canonicas sanctiones, eos qui ad fidem veniunt, melioris conditionis esse oporteat post Baptismum, quam antequam fidem susceperint, haberentur, & in illis etiam impleri debeat Christi certa promissio: Querite primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

2. Quam quidem ob causam cum plures Romani

»Pon-